



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 89. Libri O. Ægidii Estrix Jesuitæ a S. Congregatione proscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

§. LXXXIX.

*Libri P. Ægidii Estrix Jesuitæ
S. Congregatione proscripti.*

*Index lib.
proh. p. 94.
Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 338.*

Anno hujus sæculi septuagesimo quarto S. Universitatis Inquisitionis Romanæ Congregatio, ut opinionum Theologiarum laxitatem reprimeret, singulari studio invigilabat, atque inter alia ad idem tribunal delata opera, jussu summi Pontificis Clementis X. die quinta Aprilis proscripsit Ægidii Estrix Lovniensis Theologi e societate Jesuitarum librum ita inscriptum: *Diatriba Theologica de Sapientia Dei benefica & veritate, sive manu ductio ad fidem Divinam pervigilantiam.* Hic idem enim Auth. assert. 33. p. 80. hanc propugnabat propositionem: *Judicium probabile ac verum de locutione divina cæterisque ad fidem pronoscendis satis momenti habere, ut is, qui ex illo dependet assensus fidei supernaturalis, etiamsi veniat in mentem contraria ratio, adsitque formido, ne Deus non locutus, quæ hic & hunc deponi non possit.*

Mirum tamen, quod insuper habita hoc Sedis Apostolicæ interdicto laudatus Martinus de Ripalda Jesuita disputans de fide eandem doctrinam propugnans, ac Innocentium XI. compulerit, ut anno 1679. per eandem Congregationem hanc

hanc ipsius doctrinam proscriberet: Sæc. XVII.
Affensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus. A.C. 1674.

Præterea eodem anno simul præfata Congregatio confixit ejusdem Jesuitæ libros, quibus titulus: *Dilucidatio doctrinæ de fide imperfecta, & Apologia pro summis Pontificibus &c.*

§. XC.

Alia propositio a Parisiensi Facultate Theologica proscripta.

Eodem anno Pintevilleus Sorbonæ Doctor publicæ præfuit Disputationi, in qua ejus Discipulus Michael Gelee Ordinis FF. Minorum hanc thesin propugnabat: *Concilium Lateranense sub Innocentio III. Cap. OMNIS UTRIQUE SEXUS, per proprium sacerdotem intelligit parochum, absque intentione tamen excludendi summum Pontificem aut Episcopum Diæcesanum: qui confitentur peccata sua Religiosis privilegiatis, & a summo Pontifice licentiam habentibus abunde præcepto Confessionis annuæ satisfaciunt, si ad id privilegium speciale habeant,*

Nonnullis hæc doctrina stomachum movit, quocirca Facultati Parisinæ examinanda, die prima Octobris